TRACTATVS PRACTICABILES

De { Depoſito, Oblationibus, & Sequeſtro,

VINCENTII CAROCII TVDERTINI,

IVRISCONSVLTI PRAECLARISSIMI.

In quibus nouæ quædam, frequentes, quotidianæq; materiæ, omnibus tam in ſcholis, quàm in cauſarum foro verſantibus, ſummè vtiles ac neceſſariæ pertractantur.

CVM SVMMARIIS ET INDICE locupletiſſimis.

CVM PRIVILEGIO.

VIRTVTI SIC

CEDIT INVIDIAE.

VENETIIS, Apud Damianum Zenarium.

M. D. XCIII.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA

ADMODVM ILLVSTRI
AC REVERENDISS. DOMINO,
DOMINO SERAPHINO OLIVARIO RAZZALLIO,

Sacri Romanæ Rotæ Auditorij
Decano digniſsimo.

Vincentius Carocius, I. C. Tudertinus, fælicitatem.

VNIVERSIS hominibus à natura cunctarum rerum magiſtra inſitum eſſe videtur, vt quæcunque ſiue in rebus agendis, ſiue in cogitandis, ſcribendis, muneribus largiendis, debitis ſoluendis, contrahendis denique omnibus peragere intendant, nihil ſibi antiquius faciendum putent, quàm vt ad optatum vniuſcuiuſque rei potiſsimum pro ſui (vt ita dicam) genij procliuitate finem perducant. Hinc eſt quod mul

TRACTATVS
DE OBLATIONIBVS
PARS PRIMA.

SVMMARIVM.

1 *Oblatio eſt neceſſaria, & quadrupliciter. num. 2.*

Quæſtio Prima.

1 Quæro primo loco, † an oblatio ſit neceſſaria? Videbatur quod non, ex l. ſi quis maior. C. de tranſact.

Contrarium eſt verius, prout ex infra dicendis apparebit: † nam quandoque eſt neceſſaria ad tollendum curſum vſurarum, quandoque ad actionem parandam, quandoque ad conſtituendum in mora, quandoque ad moram purgandam, quando impedit diſtractionem pignoris, & latius inferius apparebit ex l. ſi quis maior. quæ non eſt ſic inique intelligenda, quin mora purgari poſsit, vt ſuo loco dicam.

SVMMARIVM.

1 *Oblatio vt releuet, in quo loco facienda ſ.*

Obla-

TRACTATVS DE SEQVESTRO.

PARS I.

SVMMARIVM.

1 *Sequeſter, quid ſit.*
2 *Sequeſtrationis voluntariæ, & neceſſariæ differentia.*
3 *Sequeſtri ad ſubſtantiam contentio extraiudicialis ſufficit.*
4 *Sequeſtrum quid ſit, & quid ſequeſtratio.*
5 *Sequeſter medius homo inter litigantes eſt, ſecundum humaniorum literarum interpretes.*
6 *Sequeſter in materia locati & conducti dicebatur.*
7 *Sequeſter dicitur apud Quintilianũ, q̃ à litigatore doctus patronũ docet.*
8 *Sequeſtra pax.*

Quæſtio Prima.

1 QVAERO primo loco, † quid ſit ſequeſter, cuius materiam vtilem, difficilem & fructuoſam appellauit Io. Coraſ. miſcel. lib. 3. cap. 2. in prin. & eſt materia vtilis, & ſparſis velleribus tradita per Doctores. Luc. de Pen. in l. litibus. col. 7. in fine. C. de agrico. & cenſi. lib. 11. & experientia docet frequentiam ſequeſtrorum, ob id aliqua vtilia, & fructuoſa in hac vtili, & fructuoſa materia attingam.